Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



th preter me absolutior sermo uidetur; puto autem quod dicit tibi non dii alii preter me.
modo dictum est. ponere tibi dii alii preter me; si di
xisset non sint dii th non negauit quia sint. sed ne illi
sint cui haec praecepta dicentur inhibuit. Hinc puto apostolus
paulus sumpsisse illud quod ad corinthios scribit dicens:
Siquidem sunt qui dicuntur dii siue in caelo siue in terra.
et addit. Sicut et sunt dii multi et dominii multi. sed nobis
unus deus pater ex quo omnia et nos in ipsum. et unus dominus ihs
xps per quem oma et nos per ipsum; sed et in multis alibi inueniar
scripturae locis deos nominari. sicut et ibi. quoniam dns
summus terribilis et rex magnus super omnes deos. Et iterum deos
dns locutus est. et in medio autem dis discernit. De do
miniis idem apostolus dicit; siue throni siue dominationes
siue potestates. omnia per ipsum et in ipso constituta sunt.
Dominationes autem non aliud est quam ordo quietis et multitudo
dominorum; In quo ut mihi uidetur sensu legis lucidiorem
fecit apostolus paulus. Tale enim est quod dicit; licet sint multi
domini qui ab aliis gentibus dominentur. et dii multi qui
ab aliis colantur. sed nobis unus est deus et unus dns; Quid
autem accusae sit in diis multis uel in dominis multis.
si intente et patienter audiatur ipsa nos scripturae poterit
edocere. Ait enim idem moyses in deuteronomii cantico.
Cum diuideret inquit excelsus gentes et dispergeret
filios adam. statuit terminos gentium secundum numerum
angelorum dei. et fuerat portio domini populus eius